

Quintiani (Quinziani), Lucrezio. Missae tres, ac quinque divinae laudes, octonis vocibus decantandae, liber primus. Milano, eredi di Simone Tini, & Giovanni Francesco Besozzi. 1598. RISM Q117.

Title:

D. LVCRETII
QVINTIANI
CREMONENSIS
Monaci Cisterciensis, in Ecclesia Diui Ambrosij
maioris Mediol. Musices Præfēcti,
Miſæ tres, ac quinque diuinæ laudes,
ōctonis vocibus decantandæ,
LIBER PRIMVS.
[Printer's mark]
MEDIOLANI,

Apud hæredem Simonis Tini, & Io. Franciscum Besutiū,
M. D. XCVIII.

Dedication:

SERENISSIMO | FOELICISSIMOQ. PRINCIPI | ALBERTO ARCHIDVCI AVSTRIÆ |
Duci Burgundiæ, Comiti Tirolis &c. | SERENISSIMÆ HISPANIARVM | *Infantis Isabellæ*
Eugeniae Claræ Belgicarum | *Prouinciarum Dominæ Sponso.* | D. Lucretius Quintianus
Monachus Cisterciensis Prouintiæ Lombardiaæ. Æ. F. |

NEMINI vnquam dubium fuit fortissime, ac Sereniss. Princeps, Regibus, ac | fælicissimis
Principibus non nisi regalia & summa dona esse danda; Verum quia | tales principes non
solum diuitium, & nobilium sunt domini, sed etiam pauperum, | & ignobilium, ideo &
pauperum muneribus quandoq; honorari illos consuevit; | Sicuti & Deus Opt. Max.
rerum omnium tam nobilium, quam vilium creator, | & cognitor est. Quaratione frætus
ego, non sum perterritus has sacras Cantio-|nes, quibus tristes animi exhilarantur, fræcti
reficiuntur, & somnolentes excitantur, Celsitudini tuae | consecrare; Quippè qui sanctam
Cisterciensem familiam Diui Bernardi eius amplificatoris, | in hærectos
horridissimi fulminis, Ecclesiæ fulgentissimi luminis meritis decoratam diligis, ac tue-|ris.
Qua de re non miratur sacer Cisterciensis Ordo, quia necessitatibus tuorum occurrere, ac
pro | illis noctes ducere insomnes, ieunios dies, calorisq; non timere aestus, & Niuum
frigiditatem suf-ferre paratum te semper fuisse, optimè nouit. Fælices ter quaterq; populi
tui, quoniam si gloria | dijudicantur regna, quando non solum recta institutione sunt
fundata, legitima authoritate stabili-|ta, origine antiqua, terrarum amplitudine,
populorum multitudine, Prouintiarum numero lata, | vinculo pacis ordinata, diuitijs
copiosa, optimis legibus decorata; sed quando habent Regem illa gubernantem,
virtutibus clarum, ac sapientem; regna enim sine optime Rege sunt veluti Nauigium | sine
Nauta, mucro sine manu, manu sine brachio, brachium sine humero, & totum corpus
absque | capite; sed quis est, qui ad culmen gloriæ per victorias, triumphos, ac egregia

*merita ascenderit vt tu? | & quis est, qui tantam in certando dexteritatem, in regendo
authoritatem, in cauendo prouidentiam | habuerit vt tu? qui non solum celsitudini tuæ
perpetuum ac fœlicissimum victoriae decus, sed poste-|ris securitatem adeptus es; dum
enim persequebaris, florebas, dum opprimebaris, crescebas, dum | contemnebaris,
proficiebas, dum lædebaris vincebas. Erumperem in hoc dicendi genus, si spatia | breuis
Epiſtolæ, poſſent claudere ea. quæ dicenda forent: Accipe igitur Serenissime, ac
fœlicissime | Princeps munificum hoc qualecunq; eſt, deuotissimi ac obſeruantissimi animi
pignus; Ego autem | Regem Regum, & Dominum dominantium rogaro, vt te incolumem
conferuet, vſq; ad Neftoreos | annos, ſicut hæc noſtra calamitofa tempora, & Eccleſia
sancta Dei exigunt. Vale. Ex Monaſterio S. Ambroſij Maioris Mediolani xiiij. Cal.
Ianuarij M D XIIC. |*

*Sereniss. ac fœliciss. Celsitudinis tuæ. | Humilimus atq; obſeruantiss. Seruus. | Idem D.
Lucretius Quintianus. |*

Index:

INDEX

[column 1]

Missa	<div style="display: inline-block; vertical-align: middle; margin-right: 10px;">All'acqua sacra.</div> <div style="display: inline-block; vertical-align: middle; border-left: 1px solid black; padding-left: 10px;">Ne reminiscaris.</div> <div style="display: inline-block; vertical-align: middle; border-left: 1px solid black; padding-left: 10px;">Ego rogaro patrem.</div>
-------	--

[column 2]

Motect.	<div style="display: inline-block; vertical-align: middle; margin-right: 10px;">Consolamini. 1. p.</div> <div style="display: inline-block; vertical-align: middle; border-left: 1px solid black; padding-left: 10px;">Consolamini. 2. p.</div> <div style="display: inline-block; vertical-align: middle; border-left: 1px solid black; padding-left: 10px;">Tota pulchra es.</div> <div style="display: inline-block; vertical-align: middle; border-left: 1px solid black; padding-left: 10px;">O facrum conuiuiū.</div> <div style="display: inline-block; vertical-align: middle; border-left: 1px solid black; padding-left: 10px;">Duo Seraphin.</div>
---------	---

Contents:

Missa All'acqua sacra & Lieto godea
Missa Ne reminiscaris
Missa Ego rogaro patrem
Consolamini. 1. p.
Consolamini. 2. p.
Tota pulchra es
O facrum conuiuium
Duo Seraphin

Part-books:

ALTVS I. [C²], D-E², F² 28 pp. Index. [title and dedication missing]
BASSVS I. K-L⁴, M⁶ 28 pp. Dedication. Index.
TENOR II. T-V⁴, X⁶ 28 pp. Dedication. Index.

Remarks:

Quarto format. Copy consulted: I-MOD. RISM Q117.